



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XXI. Markgraf Ludwig giebt der Stadt Müncheberg gleiches Recht, wie der Stadt Frankfurt, ihr Getreide in das Meer zu verschiffen, am 29. Oktober 1348.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

XXI. Markgraf Ludwig giebt der Stadt Müncheberg gleiches Recht, wie der Stadt Frankfurt, ihr Getreide in das Meer zu verschiffen, am 29. October 1348.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Ludovicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes palatinus reny, Bauarie et karinthie dux, sacri romani Imperii archicamerarius, Tyrolis et goricie Comes, nec non aquilegiensis, Tridentinensis et prychniensis ecclesiarum aduocatus, Discretis viris Consulibus et vniuersitati ciuitatis Moncheberg, presentibus et futuris, fidelibus nostris dilectis, annuimus et annuere Decreuimus, quod annonam consimili modo, ut fideles nostri ciuitatis nostre vrankenfurd ciues, versus lacum transnauigare pro sua facultate, vt hactenus facere consueuerant, sine impedimento nostri heredum ac officiorum nostrorum quorumlibet, quando et quociens ipsis fuerit oportunum. In Cuius testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes vero huius sunt: Nobilis vir Guntherus, Comes de Swartzburg, Strenuique viri vlricus Willebrandus, Beringerus hele, marscalcus noster, et Wolfhardus de Satzenhofen cum ceteris pluribus fide dignis. Datum vorstewald, anno domini M^o. CCC^o. XL^o. octauo, feria quarta in crastino Symonis et Jude apostolorum beatorum.

Nach dem Originale.

XXII. Markgraf Ludwig d. N. notifizirt der Stadt Müncheberg die Abtretung der Marken Brandenburg und Lausitz an seine Brüder Ludwig und Otto und entläßt die Stadt der ihm geleisteten Huldigung, am 24. Dezember 1350

Ludovicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes palatinus Reni, Bauarie et karinthie dux, Tyrolis et Goricie Comes, necnon Aquilegiensium, Tridentinensium et Brixinensium Ecclesiarum Aduocatus, Prudentibus viris consulibus et toti communitati in Munchebergh, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. De eo quod cum omni fidelitatis promptitudine nobis hactenus adhestitis, vobis gratiarum referimus actiones. Cum igitur nunc mediante consilio nostrorum sapientum super terris ac principatibus nostris et Illustrum fratrum nostrorum dilectorum talis ordinacio interuenerit, quod dictus Ludovicus Romanus et Otto, Marchiones Brandenburgenses, totam Marchiam Brandenburgensem, Lusaciam, antiquam marchiam ac totam terram trans Oderam hereditarie debeant optinere omni iure, dominio et mandato quocumque, que nobis et nostris heredibus hucusque in in ipsa marchia Brandenburgensi, antiqua marchia, Terra Lusacie et terra trans Oderam competebant, vnde renunciamus sollempniter per presentes sponte, libere, pure et simpliciter omni iuri et dominio, quod ad nos in dicta marchia Brandenburgensi et Lusacie necnon predictis terris pertinebat, dummodo ipsis fratribus nostris predictis et eorum heredibus vt moris est iuramenta fidelitatis et subieccionis prestetis, Quod fieri per fidelitatem vestram seriosissime requirimus et mandamus, et